UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

9 ſæ procedere.c.fi.extra de feriis,& l.fi.C.eod.tit.† Po
teſt etiam in ſummariis pro celeri cauſæ expeditio-
ne iuris dilationes abbreuiare,& cauillationes litigā-
tium excludere,atque præcidere clem.diſpendioſam
cum ibi not.de iud.& clem.ſępe de uerb.ſig.Cum igi
tur præfatus do.Gubernator apertè cognoſcat,partē
aduerſam uelle cauſam examinationis teſtium pro-
trahere,ut tempus elabatur, & cauſa nequeat termi-
nari,& conſequenter facere, ꝙ Cæſar huc uſque fru-
ſtra laborauerit,ſequitur,ꝙ ipſe debet reiectis cauilla
tionibus partis aduerſæ deputare duos notarios, vnū
uidelicet pro qualibet cauſa, qui dicta teſtiū ſcribat,
& deputare unum auditorem, uel facere ſubdelega-
tum,qui dicta teſtium alterius partis audiat,atque re
cipiat,& ipſe dicta teſtium alterius audiat,prout hoc
ſibi à iure,& ab ipſo Cæſare permiſſum eſt per ſupra-
dicta.¶ Et quòd etiam à Cæſare hoc ſibi conceſſum
10 ſit, † conſtat ex uerbis literarum utriuſque partis, in
quibus ipſi d.Gubernatori datur ampla poteſtas,& fa
cultas,illi etiam aſſignādo uices,& locum ipſius Cæ-
ſaris in præſenti cauſa examinis teſtium,dicendo am
plam tibi facultatem,locum,& uices noſtras cōmit-
timus,per quæ uerba dicitur data d. Gubernatori po-
teſtas faciendi in hac cauſa examinis omnia,quæ Cę
ſar ipſe facere poſſet,& potuiſſet,arg.c.ſanè. & c. prę-
terea.de offi.deleg.& habetur per legiſtas. in rubr. ff.
de offic.eius.cui mand.eſt iuriſd. ¶ Non obſtant ali-
qua,quæ prima facie aduerſari uidentur,& in primis
doctrina Bal.in c.fin.in prin.de offi.deleg.qui uoluit,
ꝙ quando princeps negotium alicui delegauit ꝑ hæc
uerba,ut per ſe cognoſceret, puta dicendo per te fa-
cias,ſeu per te cognoſcas, & examines, tunc uidetur
electa induſtria perſonæ,& ille non poteſt ſubdelega
11 re,quia reſpondetur primo,† ꝙ illa doctrina non ui-
detur uera,& eſt in terminis contra text.in d.c. ſuper
quæſtionum.§. intentionis. ubi etiam ſi dictum ſit ꝑ
te ipſum cognoſcas,& procedas,tamē delegatus prī-
cipis poteſt alium in locum ſuum ſubdelegare,ergo
magis poterit auditorem deputare, quia facilius de-
putatur auditor,quam detur delegatus,ut ī d.c. ſuper
queſtionum.§.uerum.Secundo reſpondeo, ꝙ doctri
na Bal.procedit, quādo princeps in eadem oratione
uſus fuit hoc pronomine tu geminate, dicendo tu ꝑ
te ipſum cognoſcas,& ita propriè loquitur Bal.uelu-
ti hoc modo ipſum intelligit,& declarat Abb.in d. c.
fi.in prin.in fi. uer. ponderando geminationem uer-
borum, & huius pronominis tu in eadem oratione,
12 †quæ geminatio in iure multum operatur.l.cū oſten
dimus.ff.de fideiuſſo.tuto.Alex.in rub.ff.de uerb. ob.
l.baliſta.& ibi Bar.ff.ad trebell.& habetur per canoni
ſtas in c.ſi cautio.de fide inſtru. ¶ Non obſtat,ꝙ Cæ-
ſar committendo examen teſtium Do. Gubernatori
uidetur induſtriam perſonæ elegiſſe, & conſequēter
ipſe uices ſuas alteri committere non poteſt.c.fi.§. 1.
de offic.deleg.cum ſim. Quia reſpondetur primo,ꝙ
licet attenta hac ratione forte do. Gubernator ſubde
legare non poſſet (quod quidē expreſsè negatur) ta-
mē non impeditur,quominus poſſit in hac cauſa au-
ditorem deputare,quod eſt minus, quam ſubdelega
re per ea,quæ ſupra dixi.Secundo reſpondeo negan-
do, quòd in hoc caſu ſit electa induſtria perſonæ,
13 qm̄ † ut probatur ibi ex tex.& Abb. & docto.oēs cōi-
ter ſequūtur,regulariter,& in dubio princeps cōmit-
tendo alicui negotium cum cognitione cauſæ, & ſic
cum iuriſdictione nunquā cenſetur induſtriā perſo-
næ elegiſſe,ſed potius uoluiſſe prouidere negotio, &
illius expeditioni:& ideò pro faciliori negotii expedi
tione lex,& canon uolunt, ꝙ delegatus principis poſ
14 ſit ſubdelegare;& † ad hoc,ut induſtria perſonæ dica
tur electa, requiritur, ꝙ hoc conſtet uel expreſsè ex
uerbis prīcipis,uel tacitè ex aliquibus uerbis hoc im-
portantibus,ut eſt tex.in d.c.fi.§.1. & in fi. Sed in caſu
noſtro princeps hoc uerbis non expreſſit,ut conſtat,
nec ſunt expreſſa aliqua uerba, quæ hoc tacitè impor
tent, ergo dicendum eſt nō eſſe electam induſtriam
perſonæ,& propterea ſequitur,ꝙ do.Gubernator po-
teſt hoc negotium alteri ſubdelegare, qui uices ſuas
gerat per ſupra allegata. Quòd aūt non ſint expreſſa
talia uerba,ex quibus inferatur, electā eſſe induſtriā
perſonæ,demonſtratur, nam ſecundum doct.com-
muniter induſtria perſonæ dicitur electa, quando in
eadem oratione princeps geminatè hoc pronomine
tu uſus fuit ſecūdum Bal. ut ſupra retuli:quod in ter-
minis noſtris factum non reperitur. Secundo quādo
princeps uſus eſſet his uerbis, per te perſonaliter co-
gnoſcas.d.c.fi.§.1.quod ſimiliter non fuit dictum in
caſu noſtro.Tertio quando princeps commiſit,atten
ta fide,aut induſtria,ſeu circūſpectione,uel legalita-
te illius,cui commiſit,ut in d. c.fi.§.1.quod ēt in caſu
noſtro factum non fuit.Quarto quando cauſa crimi
nalis eſſet per uiam inquiſitionis commiſſa.d.c.fin.§.
1.ubi caſus, ſeu quādo eſſet commiſſa prouiſio eccle
ſiæ de prælatis,& miniſtris, ſeu quando eſſet deman-
datum ſimplex nudum miniſterium ſine iuriſdictio-
ne,ut in d.c.fi.in fi.& in §.1.Sed in caſu,de quo agitur
non fuit commiſſa cauſa criminis per inquiſitionem
ſed ciuilis, uidelicet, examen teſtium,nec fuit com-
miſſa prouiſio de prælatis, & miniſtris eccleſiæ, nec
etiā fuit commiſſum ſimplex nudum miniſterium,
ſed cum iuriſdictione,ut patet ex tenore commiſſio
num,& literarum,ergo arguendo à ſufficienti partiū
enumeratione apparet, ꝙ in caſu noſtro induſtria ꝑ-
ſonæ non dicitur electa. Quare do.Gubernator nego
tium examinis teſtium alterius partis rectè ſubdele-
gare poteſt per prædicta. Hæc ſunt, quæ in præſenti
articulo raptim,& ferè ex tempore mihi occurrerūt.
Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Appellatio,& illius cauſa non poteſt proſequi, nec committi poſt lapſum fatalium.*

2 *Reſcriptum non faciens mentionem de ſentētiæ, ſeu laudi tranſitu in rē iudicatā ꝑ lapsū fataliū nō ualet,nec iuriſdictionē tribuit.*

3 *Periurium cum periurio,& culpa cum culpa compenſatur.*

4 *Appellante utraque parte una,uidelicet ad Papam, & altera ad inferiorem, utraq; appellatio eſt ad Papam deuoluta, etiam ſi còram inferiore per alteram partem proceſſum fuiſſet.*

Et an proceſſus coram inferiore factus ualeat.

5 *Reſcriptum delegatorium cauſæ appellationis non faciens mentionem de lapſu primi fatalis,& quòd propter illum appellatio ſit deſerta,an ſit ſubreptitium,& nu.8.*

6 *Appellationis deſertio an inferatur ex ſolo curſu primi anni,& minoris temporis,quam ſit biennium.*

7 *Appellatiōis deſertio ꝑ lapsū fataliū tollit̄ ꝓꝓ impedimētū inopię.*

8 *Sententia ſolum per lapſum bienniȷ, & non primi anni dicitur in rem iudicatam tranſiuiſſe.*

9 *Laudum latum ab arbitratoribus nunquā tranſit in rem iudicatā.*

10 *In reſcripto quando de proceſſu coram alio facto ſit facienda mentio,& quando non.*

EPITOME.

Reſcriptum ab exceptione periurii cōtra impetrātem oppoſita, ab exceptione ſubreptionis ex eo, ꝙ non fuerit in illo facta mentio de lapſu primi fatalis & de tranſitu laudi, uel ſententiæ in rem iudicatā ob lapſum primi fatalis, & ab aliis oppoſitis defenditur, & ualuiſſe,ac iuriſdictionem tribuiſſe,oſtenditur.

CONSILIVM VI.

ET ſi plura in præſenti cauſa contra reſcriptum opponuntur, & primo, quòd fuit impetatum à Bernardo periuro, qui uenit contra ſuum iuramentum de non appellando,

pellando,nec petẽdo laudũ reduci debere ad arbitriũ
boni uiri.Secundo ꝙ per ipſum Bernardũ fuit appel-
latum ad iudicem Regii,& non ad Papam,& ideò nõ
potuit is Papæ ſupplicare, ut cauſa per eum commit-
tatur.Tertio ꝙ reſcriptum eſt ſubreptitium,quia non
fuit narratum,ꝙ tempore cõmiſſionis cauſę lapſa eſ-
1 ſent fatalia, † quo caſu appellatio nec proſequi, nec
committi potuit clemen. ſi appellationẽ de appellat.
ubi proſequutio,& commiſſio cauſæ nõ impedit, qn
ſententia tranſeat in rem iudicatam, & habetur per
Felyn.in c.ex parte.S.il 2.de reſcript.uerſic. clemen.ſi
2 appellationẽ.Item ꝙ † ſententia,ſeu laudum trãſiue-
rit in rem iudicatã per lapſum fataliũ,& ideò reſcrip-
tum non ualet,nec iuriſdictionẽ tribuit c. cũ inter de
re iud.not.in c.ut debitus.de appella. & per moder.in
c.cæterum.de reſcr.Tamen,his non obſtãtibus, dico,
pronunciari debere reſcriptum eſſe de iure ualidũ, &
non ſubreptitium, & ex illo indicẽ poſſe procedere.
Nam in primis non obſtat,ꝙ Bernardus ſit primus, ꝗ
venit contra iuramentũ ſuum, quo iurauit non appel
lare,nec petere laudum reduci ad arbitrium boni ui-
ri,cum is à laudo appellauerit,illudq́; ad arbitriũ bo-
ni uiri reduci petierit, quia reſpondet̃, ꝙ idẽ & prius,
uel ſaltem eodem contextu fecit pars aduerſa, ueluti
cõſtat ex inſtrumento publico in proceſſu producto,
& ideò laborat eodẽ morbo,quo Bernardus laborare
3 aſſeritur,quo fit,ut † hęc exceptio periurij mutua cõ-
penſatione tollatur,quia periuriũ cũ periurio, & cul-
pa cũ culpa cõpenſatur,arg.eorũ,q̃ uolunt doct.in l.ſi
quis maior. C.de tranſa.paria enim delicta mutua cõ
penſatione diſſoluuntur,per Bar.Alex. & alios in l.ui.
ro.per illum tex.ff.ſolut.matri. Præterea hæc obiecto
periurii magis debet obeſſe parti aduerſæ, quam Ber
nardo,qm̃ ipſe fecit, & procurauit committi cauſam
illius appellationis, quæ fuit à parte aduerſa ad Papã
interpoſita , & non appellationem ab ipſo interpo-
ſitam, nam pars aduerſa appellauit ad Papã, Bernar-
dus uerò ad inferiorẽ, quæ appellatio ad inferiorem,
prout facta fuit, nõ ualuit, ſed ſolum appellatio ad Pa
pam interpoſita c.ſi duobus.cum ibi not.de appellat.
Bernardus igitur, qui cauſam appellationis fuit pro-
ſequutus,& illam à Papa cõmitti fecit,potius dicit̃ ꝓ-
ſequutus appellationẽ partis aduerſæ, quam ſuam, &
conſequenter illã, ob quã pars aduerſa potius dicitur
ꝯ ſuum iuramẽtũ ueniſſe,quã ipſe Bernardus, & ideò
hæc exceptio periurij non aduerſatur. ¶Nõ obſtat ꝙ
Bernardus ꝗ appellauit ad inferiorẽ, & corã illo cau-
ſam appellationis fuit proſequutus,non potuit poſtea
cauſã appellationis ab aduerſariis ad Papã interpoſitę
ꝓſequi,nec ſupplicare, ꝙ ea alicui iudici cõmittatur,
4 quia rñdetur, ꝙ † ex quo à ſnĩa, & à laudo ꝑ utranq;
partẽ à partibus contra ipſa facientibus appellatũ re-
peritur,& vna pars ad Papã,altera uerò ad inferiorem
appellauit, utraq; appellatio dicitur ad Papã deuolu-
ta, non obſtante appellatione per Bernardũ ad infe-
riorem interpoſita,perinde ac ſi ẽt ipſe Bernardus ad
Papam appellaſſet,quãuis ẽt is prius appellaſſet, ac ẽt
non obſtãte,ꝙ corã inferiore proceſſum fuiſſet, licet
dubiũ ſit,an ꝓceſſus factus à iudice inferiori, ꝗ igno-
rauit appellationẽ interpoſitã ad Papam,in ſe ſit uali-
dus,ut eſt tex.cum glo.& ibi Abb.& oẽs docto.in d.c.
ſi duobus.& hoc non habet in ſe difficultatẽ, ut colli-
gi poteſt ex iis,quæ ſcriben. ibi poſſunt. ¶Nõ obſtat,
5 ꝙ † reſcriptum eſt ſubreptitiũ, quia in eo non fuit di-
ctum,lapſa eſſe prima fatalia, uidelicet primũ annũ,
& conſequenter appellationẽ eſſe deſertam,arg.c.ſu-
per literis.de reſcrip.c.cum inter de re iudic.not.in c.
ut debitus de appell.& per mod.poſt Abb.in c.cæterũ
de reſcrip.Quia huic fundamento facilis eſt reſpõſio,
6 quòd † ex quo biennium nondum erat lapſum,ut col
ligitur inſpecto tempore,quo fuit appellatum,& tem
pore, quo cauſa fuit commiſſa, ſolus curſus minoris
temporis non infert deſertionẽ, & qui deſertionẽ ap-
pellationis allegat, fundando ſe ſolũ in curſu mino-
ris tẽporis biennio,nihil facit, neq; ex hoc ſuã inten-
tionẽ fundatã habere dicitur,ut uoluit Bal.in l.eos.C.
de appell.& per Bar.in l.1.in fi. ff. nil nou. appell.pen-
den.clem.ſicut.in fi.eod.tit.& per Fel. in c. ex parte.il
7 2.in pen.col.de reſcri. Præterea † cũ pro parte Bernar
di fuerint plura impedimenta probata, uidelicet im-
pedimentũ inopiæ,quod excuſat, arg.l.ſi procurato-
rẽ.§.ignorantes.ff.manda.per Abb.Ant.& Fel.in c.ex
ratione de appell.& plura alia, de quibus in proceſſu
ſequitur,ꝙ appellatio ex ſolo curſu primi anni nõ di-
citur deſerta,ut per Fely. & alios in locis proximè al-
legatis,& dicunt docto.communiter in d. c. ex ratio-
ne,ꝙ ſtante impedimento ex parte ipſius appellantis,
puta impedimento inopiæ, tẽpus datũ ad proſequen
dam,& finiendã appellationẽ ipſo iure non dr̃ curre-
re,ſed interim ſtare in ſuſpenſo,ut ibi,& per Saly. in l.
prę ſes.C.de appel.¶Nõ obſtat, quòd in reſcripto nõ
fuerit facta mentio,ꝙ laudum tranſiuerit in rem iudi
catam per lapſum fataliũ, uidelicet per lapſum anni,
8 quia ex prædictis patet reſpõſio, nã † per ſolũ lapſum
primi anni,& præcipuè qñ probatum fuit impedimẽ-
tum legitimum ex parte appellantis, non infertur,ꝙ
appellatio fuerit deſerta, & cõſequenter ſnĩa in rẽ iu-
dicatam tranſiuerit,ut per Fel.in d.c.ex parte.il 2.ſolũ
enim per lapſum biennii infertur, ſententiã tranſiuiſ-
ſe in rem iudicatã,clem.ſicut. de appell.ergo cum ap
pellatio non fuerit deſerta, nec ſnĩa trãſiuerit in rem
iudicatã,de eis mentio fieri non debuit.Præterea quã
uis à laudo poſſit appellari,uel peti illud reduci ad ar-
9 bitriũ boni uiri,tamen † laudum latum ab arbitrato-
ribus,quale fuit laudum in caſu noſtro, nunquã tran-
ſit in rem iudicatam,ut nota.uoluit Ant.de Butr.in c.
quintauallis.col.45.de iureiurã.ut refert, ac ſequitur
Fel.in c.propoſuiſti.de probatio. ¶Non obſtat, quòd
10 de proceſſu per ipſum Bernardũ facto corã inferiore
non fuit facta mentio,ergo reſcriptũ eſt ſubreptitiũ c.
cum inter de re iud.& nota.in d.c. ut debitus, quia de
proceſſu mentio in reſcripto non eſt facienda, quan-
do ſumus in cauſa,cuius ſententia nõ tranſit in rẽ iu-
dicatã, ut in caſu noſtro. Ant.& Io.And.in c.rector.in
1.col.de re iudi.& Felin.in c.cæterũ.in 3.limitat. de re
ſcrip.Præterea cum in terminis noſtris cauſa appella-
tionis,& quælibet alia, quæ inter ipſas partes uerteba
tur,fuerit cõmiſſa in eo ſtatu,in quo erat, ut in fine re
ſcripti habetur, nõ debuit de proceſſu aliquo mentio
fieri,ut per dominos de Rota ſub tit.de reſc.deciſ.20.
in nouis.Ex quibus cõcludo,reſcriptũ tenere,nec eſſe
ſubreptitiũ,& ipſum do. iudicẽ ex illo habere iuriſdi-
ctionẽ,& poſſe ad ulteriora procedere abſq; alia pro-
nũciatione,ne detur materia,& occaſio appellãdi,cũ
per ꝓceſſum ad ulteriora iudex dicat̃ tacitè pronũcia
re reſcriptũ ualere,& ex eo debere ꝓcedi. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Dubitatur fruſtra,quando habetur caſus legis,uel ſtatuti.*
2 *Mercatores, & alii collegium duntaxat, & non uillam,caſtrum aut ciuitatem facientes poſſunt ſolum inter ſe, & in ſpectantibus iuriſdictionem,artemq́ue ſuam ſtatuta facere.*
3 *Sed non contra ſtatuta generalia, & ius publicum ſuæ ciuitatis. Contra num. 10.*
Inferiores legem ſuis ſuperioribus non imponunt, nec legem ſuperioris tollunt,ſed iuuant,& quando etiam poſſunt tollere n.20.
4 *Lex ſuperioris tolli uidetur etiam per reſtrictionem, & limitationem,ſeu detractionem illius;Contra num.29.*
5 *Inferiores ſtatuta ad correctionem iu riſdictionis ſuperioris facere nequeunt.*

Statu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN